dam uiſum per ſitim lapides cogerentem in ſitulam monumenti:in qua pluuia aqua durabat:ſed quæ
attingi non poſſet.Ita deſcendere pauentem expreſſiiſſe tali congerie:quæ poturo ſufficeret.

De diomedeis auibus. Cap. xliiii.

NEc diomedeas præteribo aues.Iuba cataractas uocat.Et eis eē dentes oculoſqꝫ igneo colo-
re:cætero candidas tradēs:Duos ſemp iis duces.Alteꝝ ducere agmē:alteꝝ cogere ſcrobes
excauare roſtro:inde crate cōſternere & operire terra q̃ ante fuerit egeſta.In iis fœtificare.
Fores binas oīum ſcrobibus.Orientē ſpectare qbus exeāt in paſcue occaſum:qbus redeāt:
Aluū exoneraturas ſubuolare ſemp.& cōtrario flatu.Hæ in ſolo loco totius orbis uiſunť.In iſula quā
diximus nobilē Diomedis tumulo atqꝫ delubro cōtra apuliæ orā fulicaꝝ ſimiles. Aduenas barbaros
clāgore infeſtāt.Græcis tantū adulanť miro diſcrimine.uelut generi Diomedis hoc tribuētes.Aedēqꝫ
eius quottidie pleno gutture madētibus pēnis peluunt atqꝫ purificant.Vnde origo fabulæ Diomedis
ſotios in eaꝝ effigies mutatos.

Quæ animalia nihil diſcant. Cap..xlv.

NOn omittendū eſt cū de ingeniis differimus:e uolucribus hirundines eſſe idociles:e terre-
ſtribus mures:cum elephanti iuſſa faciant.Leones.iugū ſubeant.in mari uituli totqꝫ piſciū
genera miteſcant.

De potui auium. Cap. xlvi

BIbunt aues ſuctu cæteræ.Sed ex iis quibus lōga ſunt colla intermittētes capite reſupinato
ueluti infundentes ſibi.Porphyrio ſolus morſu bibit.Idem ex proprio genere omnem ci
bum aqua ſubinde tingens. Deinde pede ad roſtrum ueluti manuafferrens.Laudatiſſimi
in comagene.Roſtra iis & prælonga crura rubent.

De hæmatopodi & onocrotali:& de peregrinis auibus. Cap. xlvii.

HAc quidē & hæmatopodi multo minori:q̄q̄ eadē crurū altitudine.Naſciť in ægypto.Inſi Imantopodi
ſtit ternis digytis.Præcipuæ ei pabulū muſcæ.Vita ī italia paucis diebus. grauiores oēs fru
ge ueſcunť:altiuolæ carne tantū.Inter aquaticas mergi ſoliti ſunt deuorare q̃ cæteræ red-
dunt.Oloꝝ ſimilitudinē onocrotali habēt:nec diſtare exiſtimarenť oīno:niſi faucib⁹ ipſis
ineſſet alterius uteri genus.Huc oīa inexplebile aīal cogerit.mira ut ſit capacitas.Mox perfecta rapina
ſenſim inde in os reddita inferā in aluū ruminātis mō defert.Gallia hos ſeptētrionalis ꝓxima oceano In ueram
mittit.in hercino germaniæ ſaltu inuſitata genera alitū accepimus:quaꝝ plumæ igniū mō colluceant aluum
noctibus in cæteris nihil præter nobilitatem longinquitate factam memorandum occurrit. ruminantis more

De multarum auium nominibus & natura. Cap.xlviii.

PHalerides in ſeleucia parthoꝝ & in aſia aquaticaꝝ laudatiſſimæ.Rurſus phaſianæ ī colchis
geminas ex pluma aures ſubmittūt:ſubrigūtqꝫ.Numidicæ in pte africæ numidia: oēſqꝫ iā
in italia.Phœnicopteri linguā præcipui ſaporis eē Apicius docuit nepotū oīum altiſſimus
gurges.Atagē maxime ionius celebrať:uocalis alias:captus uero obmuteſcēs quondā exi
ſtimatus inter raras aues.iam & in gallia hiſpaniaqꝫ capiť:& alpes ēt ubi & phalacrocoraces aues balea
riū inſulaꝝ peculiares.Sicut alpiū phyrrocoras luteo roſtro niger & præcipuo ſapore Lagopus:pedes
leporino uillo ei nomē hoc dedere.Cætero candidæ colūbaꝝ magnitudine.Non extra terā in qua na
ſcitur eā ueſci facile:quando nec uiuā manſueſcit:& corpus occiſæ ſtatim marceſcit.Et alia nomine eo
dem a coturnicibus magnitudine tantū differens croceo tinctu cibis gratiſſima.uiſam in alpibus ab ſe
peculiarem ægypti ibin.M.Egnatius.Caluinus præfectus earum prodidit.

De nouis auibus & fabuloſi. Cap. xlix.

VEnere in italiā Debriacenſes bellis ciuilibus tranſpadū externæ & nouæ aues.ita.n.adhuc
uocanť turdoꝝ ſpecie:paulū infra colūbas magnitudine:ſapore gratæ.Baleares inſulæ no
biliorē ēt ſupradicto porphyrione mittunt.ibi & buteo accipitrū generis & honore menſa
rū eſt.item uipiones.ſic enim uocant minorē gruē.Pegaſos equino capite uolucres:& gri-
phas auritos ad uncitate roſtri fabuloſos reor.illos in ſcythia:hos ī æthiopia.Equidē & tragopanadē
quā plures affirmāt maiorē aquila:cornua in tpibus curuata habentē ferruginei coloris:tantū capite
phœniceo.Nec ſirenes īpetrauerint fidē:licet affirmet.Dino clitarchi celebrati auctoris pater in india
eſſe:mulceriqꝫ eaꝝ cantu:quos gratos ſomno lacerāt.Qui credit iſta & Melampodi ꝓfecto aures lam
bendo dediſſe intellectū auiū ſermonis dracones nō abnuet.Vel Quæ Democritus tradit nominan-
do aues quaꝝ cōfuſo ſanguine ſerpēs gignať:quem quiſquis ederit intellecturus ſit allitū colloquia.
Quæqꝫ de uua aue galcrita priuatim cōmemorat:ēt ſine iis imenſa uitæ ambagæ circa auguria.Nomi
nanť ab Homero ſcopes auiū genus neqꝫ harū ſatyricos motus cū inſident pleriſqꝫ memoratos facile
conceperim mente.Neqꝫ ipſæ iam aues naſcuntur.Quamobrem de confeſſis deſeruiſſe præſtiterit.

Quis gallinas farcire inſtituerit:de auiariis & quis ea primus inſtituerit. Cap.l.

GAllianas ſaginare deliaci cœpe.Vnde peſtis exorta opimas aues & ſuopte corpore unctas
deuorādi.Hoc primū antiquis cœnaꝝ īterdictis exceptū inuenio iā lege.C.Fannii cōſulis
.xi.annis ante tertiū punicū bellū:ne quid uolucrū ꝓponereť:præter unā gallinā: quæ nō